BURKHARDUS DE HORNECK · VALESCUS DE TARANTA · ARNOLDUS DE VILLANOVA · PETRUS DE ABANO

Salzburg, 1474-1476 Seite 139v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Cap. 3.m de medicinis simplicibus et digestiuis con. peste et p eius conseruacione et preseruacione

Nunc de medicinis simplicibus a sola digone in peste conferentibus et pro conseruacione corporis ab ipsa peste, que sunt vt Iacinctus rubinus carbunculus portatus per se in digito, et lignum visci quercini, apud aliquos nominatum lignum crucis, et zedoaria portata in ore, et bonum vinum odoriferum portatum in ore. non tamen sicut carniolus qui continuo potat vinum bonum quod recomendauit summope Aut in spongia acetum portatum ad nasum, aut aliud dummodo odoratus nasus senciat odorem, Et camphora odorata et generaliter noto quod omnis odor bonus letificat spiritus et cor, et odor malus spiritus et cor perturbat Cap. quartum de medicinis compositis per se conuenientibus ad conseruacionem et preseruacionem a peste.

Primo et principaliter super omnia medicamina mundi composita, ab auctoribus latinis habemus tiriacam andromaci et habemus tiriacam magis nicolai, quamuis Auicenna parum scripsit, habemus tamen triferam persicam Mesue, et habemus tiriacam Indam Galaff. quam ponit in suo antidotario Item habemus electuarium alpharott idest liberans hominem a morte, quoniam non